

se, si Seriphius esset, clarum unquam fuisse futurum ^(a); quod neque virtuti Themistoclis neque fiducie convenit. obsecro enim: Themistocli, tante virtutis viro, fas non erat, si Seriphii ^(b) natus esset ^(c), clarum fieri, cum videamus meliori ^(d) virtute homines ex agro atque infimo loco natos illustres evadere? nam ^(e) non fuisse Seriphium abiectissimum Grecie locum, argumento est quod civem habuerit ^(f) qui ausus sit cum Themistocle verbis contendere, aut ^(g) quem ille dignatus sit ut ei in iurgio per contentionem ^(h) responderet. nec vero dicebat, quod tu illum fecisse asseveras ⁽ⁱ⁾, ut totam suam nobilitatem omnemque splendorem a patria recognosceret, in qua sciebat tot millia hominum esse, qui obscuri atque ignobiles viverent. at moderatio forsitan ita illi loqui suadebat. ego vero non sum qui credam eum ^(k) fuisse veritum digne se laudare; in contentione ^(l) presertim, per quam vel modestissimi solent excitari; qui ausus sit dicere nullam sibi vocem ameniorem videri posse ^(m), quam eius qui suas laudes optime dicturus esset ⁽ⁿ⁾. et tamen superiori dicto moderationem adhibuit. diminutione enim usus est, qui se dixit non futurum fuisse ignobilem, si Seriphius esset. non enim futurum se ^(o) nobilem aut clarum iactavit. quod vero super omnia me movet, auctoritas est Ciceronis. nam si ratione quis dispiciat ^(p) in hunc modum, nec preterea alium ^(q), Themistoclis responsio Catonis dicto de senectute convenire potest, ita inter se ^(r) dilucide collatis utriusque sententiis, ut quemadmodum ille ^(r), quisquis is fuit, si Atheniensis esset, nobilis non ^(s) fuisse, nec Themistocles, si Seriphius, fuisse ignobilis; ita neque senectus, si cum paupertate veniat, sapienti gravis sit ^(t), nec, si cum divitiis, esse possit insipienti non gravis. nosti enim cuius generis sit hic ^(u) verborum ornatus, in quo similitudinem afferre voluit, que minime constaret, si secundum te verba ponerentur. atque ut ne unquam

nè alla persona di
Temistocle mede-
simò.

E difatti, Serifo
non era luogo si
ignobile che, ove
egli vi fosse nato,
Temistocle non
avrebbe potuto ri-
scir illustre;

nè attribuiva quel
grande tutta la sua
gloria alla città
natale.

Così risponde-
do, ci s'espriemeva
con istudiata mo-
derazione,

come si può argui-
re da quel che disse
altra volta intorno
al suo difetto nel
sentirsi elogiato.

Evvvi poi l'auto-
rità, grandissima,
dello stesso Cice-
rone, giacchè, se
s'intenda diversamente la risposta
di Temistocle, cade
senz'altro il paragone da lui isti-
tuito tra questa ed
il detto di Catone;

e da ciò risulta.

(a) *M* nunquam futurum fuisse (b) *M* Seriphius (?) (c) *Mur.* erat (d) *M* me-
diocri (e) *Novati Mur.* om. nam (f) *M* *Mur.* habaret (g) *M* verbo contendere
autem (h) *M* pro contentione (i) *Massueveras* (k) *Mur.* om. eum (l) *Novati*
dà contentionem (m) *M* vocem amorem esse *G T* memorem *Mur.* *Novati* me-
liorem (n) *Mur.* om. se (o) *M* despiciat (p) *Mur.* alias (q) *M* si ad se
C ita ad se (r) *MC* nec ille (s) *MC* om. non (t) *M* om. sit (u) *M* is

(1) Cf. la nota 3 all'epist. LXXXII, detto leggesi in *VAL. MAX. Fact. et dict.*
p. 203. Oltrechè nel *Pro Archia*, il *mem. XIV, ext. 1.*